

*Viuat, qui viuit nulli grauis, omnibus usu:  
Viuat, qui viuit, maxime Christe, tibi.*

---

T H. B E Z A I O. P A L V D I O P H I L O P H I L O.

**Q** Vos plures annos optas mihi, chare Paludis  
Annis adiungi rectius opto tuis.  
Nam tibi restat adhuc operosa portio vite:  
At mihi iam tumultum sera Senecta parat:  
Opta igitur potius portum mihi, ceu tibi vita  
Currentis placidum Beza precatur iter.

---

I O. P A L V D I V S P H I L O P H I L V S.  
Th. Bezae.

**B**Eza tuus toties redijt. Natalis, habebis  
Perpetua vita non procul ergo diem.  
Serius hic veniat, redeat sed sapius alter,  
Prodesse ut possit sapius ille pijs.

---

T H. B E Z A I O. P A L V D I O P H I L O P H I L O.

**L**ux mihi natalis toties totiesque reuersa  
Nuntiat extremum non procul esse diem.  
Nuntius o felix! Nam dignam hoc nomine vitam  
Qua mihi lux istam finiet, incipiet.  
Hanc igitur tardam ne Beza optato Paludis  
Nate Beza φίλων δeneget esse φίλον.